



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales**

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1612**

19 De poenis Vsurariorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14014**

funt in mutuatariis, à quibus vſuræ ſunt extorta. Lege Couat. lib. 3. var. reſol. c. 3. n. 7. Si roges, an hæredes teneantur ad reſtitutionem vitæ vitæ, & facultatem hæreditatis, quâ habent? Reſpond. ex communi ſententia, quando conſecerint inuentarium, cogi quidem eos ad reſtitutionem in foro extenſiori, ſed in foro interiori non obligari. Ita Couat. lib. 3. var. reſol. c. 3. n. 8. Et in c. Quamquam, de vſur. dicitur, hæredes teneant iuxta facultates ipſorum. Si ſecundo roges, quando ſunt plures hæredes, quomodo obligentur ad reſtitutionem? Reſpond. ſingulos teneri pro rata, vt docet communis opinio. Si tertio roges, quid ſi fuerint duo hæredes, & vnus eorum, aut noluit, aut nõ poſſit reſtituere, an alter teneatur in integrum? Reſpond. ex Abb. in c. Tua nos, de vſur. veteres Canonice, quia cenſebant omnia bona vſurarij eſſe tacite hypothecata, ſententur teneri in integrum, ſed iuniores Canonice cenſent, ex rigore iuris non teneri niſi pro rata. Sic etiam Nauar. c. 17. n. 278.

Duo decimo quaeritur, an ſi licitum Titio petere mutuũ à Caio feneratori, quem nouit nonniſi cum vitis mutuatatum? Reſpon. non eſſe licitum petere mutuũ à Caio ſub vſuris, ſicut non eſt licitum petere ab aliquo, vt iur. per l. 1. ſ. de os. Ita S. Tho. communiter receptus 2. 2. q. 78. ar. 4. Ratione probatur, quia non eſt mihi licitum petere à te aliquod, quod tu abſque peccato facere non poteris: nam eo ipſo petem, vt peccetis. Secundo licitum eſt Titio petere mutuũ à Caio, dummodo non petat ſub vſuris, & dummodo petat, vt ſubſtinetur ſure, vel alterius neceſſitati. Ita S. Tho. loc. cit. communiter receptus. Verũ difficultas prima eſt, an ſi Titius nullam habeat neceſſitatem, licet poſſit petere mutuũ à Caio? Duæ ſunt opiniones: Prima aſſertit poſſe licet petere, mirum propter bonum ſuum velle, vel delectabile, vel alterius conuulſis: mirum propter ludos, ſpectacula, & pulſas, ſive conuulſas. Ita Caiet. 2. 2. q. 78. n. 4. Ang. ver. vſur. 2. n. 2. ubi ait, à Caio petito licitum eſt petere mutuũ, etiam ſi licitum eum daturum ſub vſuris pro opere non ſolum neceſſario, ſed etiam vili, immo etiam indifferenti. Id probat ex Innoc. Hoſi. Abb. Ant. But. Anania in c. ſuper eo, de vſur. ſor. lib. 6. de iuſt. g. 1. art. 2. ait ſufficere vt neceſſitas ſit ad conſeruandum decentem ſtatum, & ornatum. Secunda opinio ait, non eſſe licitum Titio petere mutuũ à Caio etiam parato, niſi tantum pro opere licito, & neceſſario. Sil. verb. vſur. 7. q. 1. ubi ait, eſſe mortale peccatum, ſi aliter petatur, quia peccatum eſt offerre materiam, & occaſionem alteri peccandi. Sed prima opinio eſt probabilior, quia nõ eſt peccatum, ſi ego vtat iure meo, etiam quando ſcio te ex malitia tua peccaturum: non enim tunc me obligat lex charitatis, vt ego me abſtineam ab eo, quod eſt mihi licitum.

Altera difficultas eſt, An ſi Titius petat mutuũ à Caio pro opere, quod ſit veniale peccatum, mirum pro otioſe ludendo, vel epulando, peccet mortaliter? Duæ ſunt etiam opiniones. Nam Sil. loc. cit. ait, eo ipſo, quod Titius petit pro opere vano, peccare mortaliter, quia cum nullum ius habeat faciendi opus vanum, conſequenter non habet ius petendi mutuũ, & proinde petendo mutuũ, eo ipſo inducit aliu ad vſuras. At vero Caiet. & Sor. loc. cit. aunt Titium non peccare mortaliter, ſed ſolum committere peccatum veniale, mirum pro vano opere petendo mutuũ. Ratio eorum eſt, quia in hac petitione mutuũ ſolum eſt peccatum in vano illo opere, pro quo mutuũ petitur: na ex alia parte, quia Caius ex malitia ſua peccat mutuoando cum vſuris, peccati eius non imputatur Titio: ſicut, inquit, ſi femina egrederetur domo, cum ſciret ſe concupiſcendum à ſalcito iuvene, peccaret quidem venialiter, ſi otioſe egrederetur, nõ tamen mortaliter, quia peccatum lateat iuueniſſei non debet imputari.

Tertia difficultas eſt, An ſi Titius eſſet in extrema neceſſitate conſtitutus, poſſet licet petere mutuũ à Caio etiam ſub vſuris? Sil. & Ang. ex Innoc. c. Super eo, de vſur. reſpondent, licet poſſe petere, quia hoc non eſt inducere alium ad peccatum, ſed tantum inducere, vel conſulere minus malũ ad curandum malus. Porro enim in caſu, Caium feneratori non nõlle mutuoare, niſi cum vſuris, nec aliter velle ſuccurrere Titio extreme laboranti: tunc Titius petendo à Ca-

io licet: Mutuo mihi etiam cum vſuris, niſi aliud facit, niſi: Ne ſinas me mori, ſed ſuccurre mihi, etiam cum vſuris: & licet eſſe aunt conſulere minus malũ parato alioqui ad faciendũ malus. Aliorũ verò eſt opinio, id non eſſe licitum. Sed quia tota difficultas reducit ad eam, qua quæritur, vtrũ poſſimus licet conſulere minus malũ parato ad faciendũ malus, & de hoc ſupra egimus in quarto Tractatu Decalogi: ideo illic lectorem tranſmittimus.

## De pœnis vſurariorum.

## CAPVT XVIII.

QVÆRITVR, An crimen vſuræ ſit Eccleſiaſticum, an verò ſeculare, id eſt, pertinet ad iudicem Eccleſiaſticum, an verò ad ſeculare? Duæ ſunt opiniones. Prima opinio ait eſſe Eccleſiaſticum ſimpliciter. Glo. in c. Cum ſit generale, de For. comp. & c. 2. de Off. ord. & Clem. Diſpenſatio, de iudic. & c. Ex litteris, de iur. iur. Alex. conſ. 2. q. n. 6. lib. 4. Dec. conſ. 170. la. conſ. 133. lib. 4. & hanc opinionem communem eſſe teſtatur Alber. c. de vſuris, n. 3. & ea opinio probari videtur ex c. 1. & 2. Et c. Præterea, de vſur. ubi laici vſurarij à iudicibus Eccleſiaſticis puniuntur pena excommunicationis. Opinio ſecunda ait, eſſe crimen mixtum, & ita iudicem ſeculare poſſe inter laicos de hoc crimine iudicare, quãuis inter clericos ſolum iudex Eccleſiaſticus iudicat. Archid. in c. Quid dicam, 4. q. 4. Salic. in Leſ. §. fin. c. 8. C. de vſur. Barbat. in c. Cum ſit generale, de For. comp. Hanc verò ſententiam exiſtimant Couat. lib. 3. var. reſol. c. 3. quia nullibi ius Canonicum hoc crimen reſeruat Eccleſiaſticis iudicibus. Immo in ca. Poſt miſerabilem, de vſur. permittit ſecularibus iudicibus de hoc crimine cognoſcere. Item, quia non ſola lege ſupernaturali eſt prohibita vſura, ſed etiam lege naturali, & civilis, vt homicidium, iurium, & adulterium.

Notandum igitur eſt, olim cum legibus civilibus aliqua vſuræ permittentur, ceptum eſſe in Eccleſiam introductum, vt de hoc crimine ſolum iudices Eccleſiaſticis iudicarent; quia Eccleſia nullas vnquam vſuras permiſit. Item, quia aliquando accidit, vt dubium ſit, ſine vſurariis, an nõ aliquis contractus: ideo Eccleſia excepti etiam de vſuris cognoſcere; quia cum quaſtio eſt iuris, non facti, hoc eſt contractus ſit vſurarius, an non, potius pertinet ad iudices Eccleſiaſticos, quã ſeculares.

Prima poena vſurarij eſt infamia. eſt enim vſurarius infamis ipſo iure tam civilis, quã Canonico. l. Improbium factum. C. Ex qui. cauſ. infam. erro. Et c. Infamis, 3. q. 7. 4. Porro. Vnde clericus vſurarius etiam ipſo iure intus. Abb. in c. Inter dilectos, de exceſ. Præl. quare ab officio obtinendo repellitur. Glo. in c. Præterea, de vſur. ſed Epifcopo permittitur, vt hanc infamiam poſſit tollere pro beneficio Eccleſiaſticis obtinendo poſt peccatam penitentiam. Gl. in c. Præterea, et. & licet nõ ſit à beneficio depoſitus ipſo iure, eſt tamen deponendus tam à beneficio, quã à officio. Io. And. & Panor.

Secunda poena vſurarij continetur in c. Quamquam, de vſur. in 6. ubi ſtatuitur, peccare ſacerdotem, qui vſurarij maleſiti confessionem audiuerit, vel eum abſoluerit, vel ei aliquod aliud ſacramentum miniſtrauerit, antequam vſuras, quatenus potuerit, reſtituat, aut preſtet cautionem idoneam de reſtituendo hiſ, à quibus vſuras extorſerit, ſi præſentes ſint, alioqui hiſ, qui ipſiſ acquirere poſſunt, aut ſi non ſint tales Epifcopo, aut eius Vicario, aut ipſius proprio Parocho coram peſſonis fide dignis, aut aliquo Notario ex Ordinarij mandato; ita vt in cautione exprimat veram ſummam debiti ſi ſeruit, ſi autem, arbitrio recipientis moderando. Qui ſi ſcienter obligationem in nouem debito receperit, ad reſtituendum reſtitutum tenebitur. Item vſurario nolet hoc facere, nemo potest eſſe teſtis in teſtamento, nec eius confessionem audire: nec vſurarius potest in loco ſacro ſepeliri, & eius teſtamentum eſt ipſo iure irritum.

Quæres, quid in hoc capite per manifeſtum vſurariũ intelligatur? Reſpondetur, intelligi eum, qui eſt notorius per

evidentiam facti: quales sunt, qui sunt in conspectu populi vitas exercent, tot id conscientibus, ut nulla possit tergiversatione celari. Nec requiritur, ut plures actus usurarios exercent, ut aliqui putarunt, sed satis est, ut unum actum usurarium publice exercent, ut ait Nau. cū Abb. & alijs, in *Mā. c. 17. n. 280.* Non requiritur etiam, ut usuram exercent in mutuo formaliter, satis est ut exercent eam in mutuo virtualiter: nimirum vendendo merces, vel quancumque rem multo canus, quam sit iustum pretium, ob dilatum ad tempus solutionem, ut ait Nauar. *ibid.* & Sil. *verb. Usur. g. 2. & Pano. in c. Ad nostram, de emp. c. 10. n. 19.* Item manifestus usurarius dicitur, quicumque est notorius, vel per sententiam iudicis, vel per propriam confessionem in iudicio, ut ait Couar. *loc. cit.* Sil. & Nauar. *loc. cit.* Ang. *verb. Usur. 2. n. 19.* Abb. in *c. Quia in omnib. de Usur.* Quare non sufficit, si usurarius proprium crimen fateatur, etiam coram testibus, aut sacerdote extra confessionem sacramentalem. Nec sufficit, si usurarius infamā labore, aut quod adsint argumēta, vel iudicia vitare contra eum.

Si secundo quæras, quid in hoc cap. per idoneam cautionem intelligatur? Respondetur, intelligi cautionem cum pignori, vel fideiussoribus: quod usurarius pignora, vel fideiussores dare non possit, sufficit, ut iuret se restitutum usuram, & iuret se non posse dare pignora, vel fideiussores, ut dicit Nauar. *c. 17. n. 279.* Quod si usurarius sit in periculo mortis, & velit prædicta præstare, sed non possit, quia vel est in solitudine, vel in mari, naufragio, vel est correptus subito aliquo morbo mortifero, ut ea præstare non possit, potest absolute à quocumque sacerdote, dummodo, si per tempus vacauerit, iuret se restitutum, quæ ex prædictis potuerit. Quod si adsint aliqui, declaret coram illis se illa debere, & præcipere, ut de bonis suis restituantur, & confessorius obtineat ab eo facultatem prædicta omnia explicandi Ordinario, ut si ipse conualuerit, Ordinarius curam habeat eum cogendi ad prædicta præstanda. Quod si non conualuerit, possit Ordinarius cogere usurarij heredes, ut impleant prædicta, ut ait Nauar. *c. 17. n. 280.* Item in *d. c. Quamquam*, per eos, qui alijs acquiritur, intelliguntur liberi in patris potestate constituti, & semper proprii, aut bonæ fidei possessi, ut ait Nauar. *c. 17. n. 281.* Si tertio quæras, An sicut usurarij manifesti testamentum ipso iure est irritum, sic etiam sit codicillus, & quæcumque alia ultima voluntas? Respondetur, esse irritum, sic glo. communiter recepta in *c. Quamquam, de Usu.*

Dubium, an pena huius capitis comprehendere intelligantur Iudæos in temporalibus subiectos Principibus Christianis, quando manifesti sunt usurarij? Respondetur, aliquos dicere, eos comprehendere: Sed mihi videtur probabilis oppositum, ut ait Rosel. *ver. Restitutio. g. n. 74.* cum Franc. Aret.

Tertia pena usurarij est in *c. 1. de Usur. lib. 6.* ubi statuitur, ut nec Collegium, nec Vniuersitas, nec quæcumque alia singulares persone cuiuscumque status sint, vel dignitatis, alienigenis, & quibuscumque non oriundis ex eadem Republ. qui publice exercent, aut exercere volunt vitas, conducant domos, ut in illis vitas exercent, aut conductas habere fiant, aut habitare in terris suis, sed intra 3. menses eos expellant, in posterum eos numquam admittant. Alioquin contrarium facientes, si sint persone Ecclesiast. Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi, ipso facto incurunt penam suspensionis: si vero sint minores persone Ecclesiast. incurunt ipso facto penam excommunicationis: si vero sit Collegiū, aut alia Vniuersitas, ipso facto incurat penam interdicti. Quam si animo indurato per mensem sustinerint, ex eo tempore terræ ipsorum Ecclesiastico interdicto subiaceant, donec usurarios prædictos expellant. De laicis vero præcipitur ibidem, ut per suos Ordinarios, cessante privilegio cōpescantur per censuram Ecclesiasticam. Vnde non sunt ipso facto excommunicati in eo capite.

Dubitatur etiam, an qui locant domos Iudæis usurarias, hac lege comprehendantur, dictæq. penæ subiaceant? Dux sunt opiniones: Prima asserit, eos hac lege comprehendī. Gemma *c. 1. de Usur. in 6. Silu. verb. Usura. g. 22.* Ang. *ead. ver. 2. n. 4.* Altera opinio negat eos hac lege comprehendī. Ro-

sel. *verb. Restitutio. g. n. 34.* & citat Franc. Aretin. hoc penam probabile Tabien. *verb. Usura. g. 5.* & certè est valde probabilis sententia.

Quarta pena Usurarium est in *Clem. 1. de Usu.* ubi statutum est, ut Communitates, Potestates earum, Rectores, iudices, & quicumque alij officiales, qui condiderint, scripterint, vel d. ctauerint statuta, quibus vitas permittuntur extorgeri, & compelluntur solui, aut prohibentur repetere, postquam solute sunt, sint ipso facto excommunicati. Insuper etiam, qui scienter etiam iudicare præsumperint, ut vitas soluantur, aut ne restituantur, eum repetuntur, postquam solute fuerint, ipso facto excommunicantur. Item statuitur, veniunt præfata statuta deleantur intra 3. menses ab his, qui possunt ea auctoritate desere, sint ipso facto excommunicati. Preterea, ut ij, qui ea statuta, vel similem consuetudinem seruauerint, sint ipso facto excommunicati. Item statuitur, ut quando agitur de vitas, quibus aliquis commisit præsumptis, cogatur censuris ad exhibendos libros suorum rationum, ut interim res commodius cognoscatur. Hæc ibi.

Notandum est, non incidere in hanc penam, communitatem aliquam, vel Principem, qui lege, vel statuto decernit, ne Iudæi, vel alij Usurarij certam vitam exigant, nimirum magnam. Glo. *ibidem* communiter recepta: aliud enim est statuere, ne magna vitas exigantur, aliud vel id statuere, ut exigantur. Item non incidunt in hanc penam Communitates, vel Principes, qui solim impune permittunt vitarios, id est, qui solim desunt punire usurarios.

Vltimo est notandum, *Clem. 1. de Sepult.* statutum esse, ut qui usurarios manifestos scienter sepelire præsumperint contra id, quod est statutum in *c. Quamquam, de Usur. lib. 6.* sint ipso facto excommunicati, & neque absoluantur quoadque ad arbitrium Episcopi satisfecerint.

Dubium tamen est, an Rex, vel Imperator, vel alius Princeps non agnoscens in temporalibus superiorem, peccet, si impune permittat in terris suis Iudæos usurarios? Respondeo, non peccare, si solim permittit hoc scilicet, quod non punire eos: an etiam Papa in terris Ecclesiæ eos permittit. Nauar. *conf. lib. 4. tit. de Iudæis.*

Si secundo roges, an peccet Rex, siue Imperator, vel alius Princeps, si auctoritate sua faciat, aut cogat, ut vitas pronulise Iudæis soluantur à debitoribus? Dux sunt opiniones: Prima asserit, eos peccare, & incidere in penam *Clem. huius.* Ita Silu. *verb. Usura. g. 38.* Ang. *ead. ver. 4.* & citant Card. Anan. Alex. Imo. Primo, quia in *d. Cle. aperte* dicitur. Secundo, quia in *c. Post miserabilem, de Usur.* clare dicitur, ut imbeci Iudæos vitas restituere. Opinio secunda ait non peccare, ita Nau. *conf. c. 1.* quia consuetudo in contrarium potuit arrogare iura postula. Et sicut solvere vitas non est contra ius naturale, licet exigere sita facere ut solvas vitas, non est contra ius naturale.

### De alijs dubijs circa usuras.

#### CAPVT XIX.

**H**æc erat tractandum de multis dubijs, quæ sunt circa vitas in ipsis contractibus, nimirum. Primo, de vitis circa deposita & commodata. Secundo, de vitis circa pignora, & hypothecas. Tertio, de vitis circa emptiones & venditiones. Quarto, de vitis in locato, & conducto. Quinto, de vitis in contractu Societatis. Sexto, de vitis in fideiussoribus. Sed de his omnib. disputatū à nobis est in *tr. de contract.* in sing. materijs. Et hæcenus quidem de Usuris.

In hoc tractatu de Delictis, agendum nobis erat de bello iniusto, & de obligatione restituendi ea, quæ ex bello iniusto acquiruntur. Verum hoc melius tractabitur in materia de status personarum, etiam ageretur de status militum.

Supererat postremo ad rotam hunc tractatum de Delictis absoluentur, agere in speciali de quasi delictis, hoc est, de obligatione restituendi octa ex quasi delictis: sed quia de hac re differimus in *Tractatu de Restitutione in communi*, ideo in præsentia omittimus.

FINIS LIBRI QVINTI.

INSTI-